



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Approbatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS.
JOSEPHUS CASTELNOVUS
 PROVINCIALIS SOCIETATIS JESV IN SICILIA.

CUM Librum, cui Titulus est (*Opus continens Tractationes de Sacramentis, de Contractibus in particulari, & de Censuris, atque Irregularitate*) à R. P. THOMA TAMBURINO Societatis nostræ compositum, tres ejusdem Societatis Theologi, quibus commissum fuit, recognoverint, & in lucem edi posse, probaverint; facultate nobis facta ab admodum R. P. N. GOSWINO NIKEL Præposito Generali, concedimus, ut Typis mandetur, si ita iis, ad quos pertinet videbitur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & nostro sigillo munitas dedimus. Panormi 9. Februarii 1659.

JOSEPHUS CASTELNOVUS.

A P P R O B A T I O.

L IBER, cui Titulus est, *Expedita Juris Divini, Naturalis, & Ecclesiastici Moralis Expositio, continens Tractationes de Sacramentis, de Contractibus in particulari, & de Censuris, atque Irregularitate*, à R. P. THOMA TAMBURINO Societatis Jesu compositus, quem ex commissione Illustriss. Domini D. Petri Martinez Rubio Archiepiscopi Panormitani, & Illustrissimi Domini D. Didaci Marottæ Præsidiis M. R. C. hujus Regni Siciliæ, legi, & examinavi; unde quaque doctus est, & eximiam Auctoris eruditionem, pietatem, atque in scribendo claritatem unicè redolet; nec in aliquo Catholicæ Fidei, vel bonis moribus repugnat; immo iis maximè, & felici quidem eventu insistit. Quare prælo dignissimum, & magno commodo Christianæ Republicæ, in tam frequenti illius materiæ usu, futurum judico. Datum Panormi 8. Decembris 1660.

HIERONYMUS LACHIANA è Soc. JESU.

A P P R O B A T I O.

CUM opus hoc *de Sacramentis, Contractibus, Censuris & Irregularitate*, à R. P. THOMA TAMBURINO Societatis Jesu Theologo compositum, nihil habeat fidei orthodoxæ, aut bonis moribus dissentaneum; sed ordinariam authoris in scribendo claritatem pietati & eruditioni eximiam conjunctam apprimè redoleat, boni publici causâ divulgari poterit. Ita censum Duaci die 16. Junii 1663.

MATTHIAS GERTMAN S. Theologiae in Universitate Duacena
 Doctor & Professor Regius ac Ordinarius, librorumq; Visitator & Censor.

APPROBATIO CENSORIS ORDINARIJ.

L IBER, cui Titulus est, *Expedita Juris Divini, Naturalis, & Ecclesiastici, Moralis Expositio, continens Tractationes de Sacramentis, de Contractibus, & de Censuris atque Irregularitate* à R. P. THOMA TAMBURINO Societatis Jesu Theologo compositus, prout Panormi & Duaci approbatus fuit, ita approbatur à nobis, & Colonia in lucem edi permitto Datum 4. Januarii 1664.

FERDINANDUS STROBELIUS SS. Theologiae Doctor,
 Ecclesia Metropolitanae Canonicus ac Librorum Censor Ordinarius.

* 2

FACUL-